



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

LXXX. Donus I. Anno Christi 676. Constantini Pogonati 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

que partis examinatè perpensis, accedens  
 Monnyero ita concludit. *Privilegium*  
 igitur, quod Crotpertus Turonensis  
 Episcopus Monasterio S. Martini con-  
 cessit, & Adeodatus Romanus Ponti-  
 fex Apostolicà post auctoritate confirma-  
 vii, nec suppositium, nec subreptitium  
 putamus, cum nihil in eo legatur, quod  
 illorum temporum consuetudini, formu-  
 laque privilegiorum tunc usitata repugnet.  
 In eadem sententia versatur Joannes  
 Maan, Turonensis Ecclesie Canonicus ac  
 Præcentor, in Historia Turonensi, ubi  
 in assertionis sue testes allegat, quos su-  
 pra in eadem causa Papyrium Masso-  
 num, & Casarem Bironium laudavimus.  
 Ab his non dissentit Mabillonius lib. 1.  
 De Re Diplomatica cap. 3. §. 9.

LXXX.

DONUS I.

ANNO CHRISTI 676.

CONSTANTINI POGONATI.

**D**ONUS, Mauricii filius, Roma-Bar. an.  
 nus, anno 676. Kal. Novembr. 676. §. 7.  
 in Petri Sede collocatur. (1) Huic Pag. 9. 2.  
 Ravennatem Ecclesiam subjecit Ar-  
 chi-Episcopus Reparatus, cujus de-  
 Y 2 cessor



cessor proximus Maurus, Exarchorum potentiam fretus, Romani Pontificis obedientiam abjecerat, Vitaliano regnante. (2) Eadem epistolam scripsit de indicendo Concilio generali, idque eò fecit, ut sancta Dei Ecclesia 678. §. 1. dissidium ubique passum à temporibus Heraclii Imperatoris proavi sui, & vesantem 3. 11. Sergii & Pyrrhi, qui Constantinopolitano throno indignè praefecti, unam voluntatem, unamque item actionem in Domino & Deo & Salvatore nostro JESU Christo docebant, in unionem atque concordiam revocaret. (3) Epistolam non accepit Donus praereptus morte, sed Agatho, qui proximus post ipsum Pontifex fuit. Mortuus autem est anno 678. III. Idus April. cum annum unum, menses quinque, & dies decem Pontificis summi munere functus esset.

### ANNOTATIONES.

(1) Alii *Domnum*, vel *Domitonem*, alii *Conum* sive *Cononem* appellant: Baronius ad an. 676. §. 7.

(2) Hieronymus Rubens Hist. Ravenn. lib. 4. pag. 208.

(3) Theophanes in Chronographia pag. 238. edit. Veneta.